

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.  
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

1806. Inwentarz kościoła parafialnego w Nawarii 1794 r.

*STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE*

Nawarja  
Kosów parafialny  
1774.

Ecclesia Parochialis in  
Oppido Nawarja sita  
visitata die decima Men-  
sis Julii, et duodecima  
ejusdem Mensis conse-  
crata, millesimò, septin-  
gentesimò, septuagesimò,  
quartò.

Oppidum Nawarja hereditarium Ma-  
gnifici Rochi Wieniawski Dapiferi Ter-  
rae Premisliensis Generatis Majoris Regi-  
minis Equestris Clavae Min: Regni semi-  
altero militari ab Urbe Metropolitana Leo-  
poliensi distans, in Archidiaconatu Lohk-  
viensi, et Decanatu Foraneo Grodecensi, ju-  
cta Synodum Nostram Diocesanam in An-  
no 1765<sup>te</sup> celebratam constitutum. In quo Op-  
pido fuisse ante Annum 1610<sup>um</sup> Ecclesiam  
Parochialem per Generosos olim Christopho-  
rum Lesniowski, Tribunalum Lydaczowien-  
sem, et Sophiam de Bedzimysl Drozdecko  
Bonorum



2

Bonorum Glinna, Mostki, Lesnowice, et Polanki Haeredes plantalam, et fundalam constitit Nobis ex Extractis Authenticis certa complanationis inter predictos Generosos Bonorum Glinna, Mostki, et Lesnowice Haeredes, uti Ecclesia Navariensis ab una, et Venerabilem Thomam Urbanowicz Plebanum Hodo, recensem pro integritate jurium Ecclesia Hodovicensis, intra cujus Parochia ambitum etiam Cypidum Nawarya continebatur agentem, et ad inscriptionem Decima Manipularis, ex praediis predictorum Bonorum Glinna, Mostki & sua Ecclesia, ex antiquo, et in virtute Fundationis ejusdem Ecclesia Parochialis Hodovicensis debita, praepedientem parte ab altera in die Leopoli die 24<sup>ta</sup> Aprilis 1650. Anno, et manibus Illustrissimi, et Reverendissimi olim Joannis Lamgyski Archiepiscopi Metropolitanus Leopoliensis Praedecessoris Nostri, tum supra scriptarum partium complanantium subscripta, et respectivis sigillis munita, per Venerabilem vero Jacobum Sturcinski Parochum Ecclesia Navariensis ad Acta Consistorii Generalis Leopoliensis processa, per Oblatam de risdem Actis, deprompto, sed sub quo Titulo, et ex quali materia

fuit

fuit illa Ecclesia exadificata, ob defectum originalium Documentorum, id cognoscere nullatenus valuimus. Cognovimus tamen ex posterioribus Documentis, quod successive alias circa Annum 1627<sup>m</sup> Magnifica olim Elisabeth Humnicka, Honorum Maswarya, Glinna, Lesniowca, et Limnowoda Haredisa, novam Ecclesiam ab imis fundamentis, de Muro solido, sub Titulo Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae, tum Sancti Michaelis Archangeli, nec non Sancti Nicolai Pontificis, atque Sancti Valentini Presbyteri, et Confessoris exadificari curavit; et eandem exadificatam, ut infra, ubi de Dote, exdebarit. Sed quia ejusmodi Ecclesia; circa Annum 1726<sup>to</sup> tantalem subit ruinam, ut nullatenus reparari potuerit, ideo zelo Domus DEI accensus Magnus olim Martinus Wieniowski Vaillifer Terra Premisiensis, et Judex Terrestis Premisiensis Hares eorundem Honorum Maswarya &c. modernam Ecclesiam, quae ad presens conspicitur, et cujus status Materialis infra Describitur, ex Muro solidiori, elegantiori structura adificare cepit, Sed constructis ejus parietibus, usque ad tectum, non tamen completo opere, de temporali, in aeternam vitam migrare coactus



grare coactus. Nihilominus supra scriptus  
Magnificus Rochus Wieniawski, Capitaneus  
Terra Premisiensis, Olenensis & Capitaneus  
non vanè contemplando Amantissimi Pa-  
tris sui pietatem, pius filius taliter captam  
eamdem Ecclesiam, in muro complevit, appara-  
tu pretioso, et Altaribus decoravit, insuper  
Summam 12000 florenorum Polonicarum, eiu-  
dem Ecclesiae, in autionem Dotis, de qua in-  
fra pro Obligationibus certis inscripsit. Suis  
Patronatus ejusdem Ecclesiae sibi, suisque suc-  
cessoribus reservando. Tandem cum Illustris-  
simo et Reverendissimo olim Francisco Wienia-  
wski, pro tunc Canonius Ecclesiae Nostrae  
Metropolitanae Leopoliensis, ex post vero De-  
canus, Canoniatum Prebendam in eadem Ec-  
clesiae Nostrae Metropolitanae Leopoliensi pro  
Domo Familiae suae, ex proprio peculio, super  
Summa 30000 Florenz Polonicarum de Anno  
1749. fundasset, in augmentum Dotis ejusdem  
Canoniatu, hac Ecclesia Navariensis cum  
omnibus suis proventibus, de consensu prela-  
tati Magnifici Rochi Wieniawski, pro tunc  
Vexilliferi Praemisiensis, Authoritate  
Ordinaria per Illustrissimum olim Offici-  
arium

5

laum Ignatium Wyżycki Archiepiscopum  
Metropolitanum Leopoliensem Praeceptor-  
rem Nostrum die Veneris 7<sup>mo</sup> Mensis Mar-  
ti, Anno eodem 1749<sup>mo</sup> eidem Canonici  
Wieniawiano praefata Ecclesia Nostra Me-  
tropolitana Leopoliensis incorporata existit.  
Sed quia taliter exaedificata Ecclesia, adus-  
que pro pleniori ornamento, suo Ritu sole-  
mni consecrata non fuit, Nos eandem, quo-  
ad Statum Materialem, completam, ornatum,  
et omni ex parte speciosam, singulari decore  
ornare, volentes, sub tempus praesentis Visi-  
tationis Nostrae, in honorem Sanctissime  
Trinitatis, et Beatissime Virginis Mariae  
in Caelum assumpta hac die Martis 12<sup>mo</sup> Men-  
sis Julii, alias Feria 3<sup>ta</sup> post Dominicam  
Septimam, post Pentecosten, ipso Festo S.  
Joannis, Gualberti Abbatis, et Confessoris  
cum quinque Altaribus infra scriptis con-  
secravimus, Diemque Anniversariam Consec-  
rationis ejusdem, Dominicam proximam  
post Octavas Sanctorum Petri et Pauli  
Apostolorum, concessis indulgentiis populo  
eidem Consecrationi praesenti unius Anni  
et in eadem die Anniversariae Dedicacionis  
quadraginta dierum, assignavimus.

In qua

6

In qua Ecclesia Sanctissimum Eucharistia Sacramentum in Ciborio in majori illius Altari in Pyxide argentea decorata, intus, et ab extra, Deaurata super bino Corporali, uno extenso, et altero plicato mundis reposita asservatur.

Renovatur per Reverendum Commendarium qualibet Septimana, ultimariè vero b'ra presentis renovatum fuit, cuius renovationis Tabula in Sacristia conservatur.

Ultra ordinarias expositiones, exponitur in Festo Assumptionis Titulari, cum aliis Beatissima Virginis Mariae misteriosis Sanctissimi Rosarii, nec non in Festo Sancti Valentini Martyris, cuius Imago hac in Ecclesia miraculis clara colitur.

Ad infirmos defertur in Pyxide parva intus, et ab extra deaurata, Patena pariter deaurata, annexa in Bursa pendula.

Lampas ceram eodem Sanctissimo die, noctuque ardet impensis Fundationis in frascripta.

Reliquia in hac Ecclesia sunt 1<sup>ma</sup> Particula Ligni Crucis DOMINI Nostri IESU CHRISTI in Cruce Argentea deaurata locata Crystallis ex utraque parte bene clausa 2<sup>da</sup> Particula insignis ex Ossibus Sancti Valentini in reliquiario argenteo majori

ri  
O

ri in forma Arcae, crystallis ex omnibus  
 quatuor partibus, munito, ubi reperiuntur  
 quoque tres aliae Reliquiae, videlicet Particu-  
 la ex Osibus Sancti Joannis de Dukla in  
 Theca argentea, figura ovalis, tum Particu-  
 la ex Osibus, Sancti Thoma et Aquinatis Con-  
 fessoris et Ecclesiae Doctoris in Theca pari-  
 ter argentea ejusdem figura, nec non Particu-  
 cula ex Pallio S. Fidelis à Sigmannoga Bra-  
 dinis Capucinorum Martyris, et ex habita,  
 seu sacris Cyneribus Corporis Sancti Jose-  
 phi à Leonisa in Theca ex aurichalco ite-  
 dem figura ovalis imposita in eodem Reli-  
 quiario majori, ad Reliquias Sancti Va-  
 lentini locatae. Quae Christi Fidelium  
 Adorationi, et respective venerationi expo-  
 nuntur, ac à Nobis, sub tempus praesentis  
 Visitationis Nostrae, recognite, clauva, et  
 sigillo nostro munita sunt.

Indulgentias vero huic Ecclesiae pra-  
 ter Indulgentias Confraternitati Rosarii  
 Preciosissima Virginis Mariae servientes  
 plenaria pro Festo Sancti Valentini Mar-  
 tyris à Sanctissimo Domino felicis recor-  
 dationis Clemente XIII Papa ad septen-  
 nium concessa: cuius Breve non produci-  
 tur



8

tur quidem, certo tamen esse obtentum,  
et per Officium Consistorii Nostri Genera-  
lis Leopoliensis admissum, Perillustris Re-  
verendissimus Rector istius Ecclesie, fide  
intaminata fassus, allegando: concessam e-  
andem Indulgentiam nec diu expirasse, sed  
durare adhuc ad decursum futuri Anni.  
Altaria in hac Ecclesia quinque, quae ad  
statum sui materialem inferius descripta,  
sub tempus presentis Visitationis Nostrae  
per Nos simul cum Ecclesia, idque 1<sup>um</sup>  
Majus in titulum, et honorem Sanctissima  
Trinitatis. 2<sup>um</sup> in honorem S. Iosephi  
Sponsi Beatissima. 3<sup>um</sup> in honorem San-  
cti Valentini Presbyteri, et Martyris, et  
Sancti Michaelis Archangeli. 4<sup>um</sup> in ho-  
norem Sancti Joannis Nepomuceni, et  
5<sup>um</sup> in honorem Beatissima Virginis  
Mariae in Caelum assumpta, consecrata  
sunt. quibus omnibus Reliquias Sancto-  
rum Philatii, Emeriti, et Desiderii reve-  
renter imposuimus.

Olea Sacra Anno presentis ex Eccle-  
sia Nostra Metropolitana Leopoliensi  
ipso die Corporis Domini exportata, aspenan-  
tur in Armariolo, parieti prope Bapti-  
sterium affixo, decenter ornato in Vasculis

argenteis

argenteis.

Baptisterium ex lapide Marmoreo  
super Postamento in formam graduum  
elaborato, in quo Aqua Lustralis in le-  
bete aeneo dealbato, desuper aperto Anno  
presenti benedicta, Oleis Sacris permixta,  
mundi aservatur.

Non distanter ab eodem Fonte Pavi-  
na in pavimento Ecclesie.

Originalis hujus Ecclesie Navarien-  
sis Dos, fuerunt Decima Manipulares  
ex Villis Mostli, et Polanki, Fundus  
item aliquis spectare debuerat, sed de hoc  
nullum extat monumentum. Decima au-  
tem predicta, cum minus sufficientes erant,  
pro commoda sustentatione Parochi: Ea  
propter Magnifica Elisabetha de Limno  
vidua Frumnicka, Oppidi Nawarya, ac  
Villarum eo pertinentium Haradissa, vo-  
lens magis, ac magis augeri cultum Divi-  
num, nec non Genitricis D. G. ac Omni-  
um Sanctorum, extructa de muro solli-  
do Ecclesie Navariensi, eandem etiam in  
augmentum antiqua Originalis Fun-  
dationis dotare curavit. mediante sua Fun-  
datione vernacula lingua de Datt in  
Glinna Feria 5<sup>ta</sup> post Dominicam Be-  
li Quadragesimalem Anno 1627<sup>mo</sup> com-

scripta  
G

scripta, et coram Actis Castrensibus Leo-  
 poliensibus in Crastino aliis Feria sexta  
 post eandem Dominicam Pauli Lugdra-  
 gesimalem, Annō eodem 1627<sup>m</sup> recognita.  
 Qua Fundatione, ultra Decimas supra  
 recensitas, ex Bonis Mostli, et Solanki an-  
 tiquitus pendi solitas, Decimam Manipular  
 rem omnis grani, et seminis, ex omnibus  
 araturis Curialibus. Villa Glinna, deinde  
 Missalia ab omnibus Oppidanis e Navari-  
 ensibus, de qualibet quarta parte lateri  
 alias 2 Cujera per unum Coram Siligi-  
 nis, et alterum avena, inter Festum San-  
 cti Michaelis Archangeli, et Sancti Mar-  
 tini, mensura Leopoliensi dane, Tum  
 pro commode Parochorum, pro tempore  
 existentium, Hortum post Ecclesiam, et  
 agrum in longitudine, a Horto Plebanali  
 ad Stagnum Hodevicense, in latitudine  
 vero a Stagno Navariensi mox post Ec-  
 clesiam jacente, ad Agros <sup>ubi</sup>  
 ad prasens Via, qua tendit ex Nawarya  
 ad Hodevicia protensum, ubi etiam scopu-  
 li sunt sipati; praeterea duos Hortulanos  
 cum Hortis in Oppido Nawarya dedit,  
 et donavit pro obsequio Plebani, ut eodem  
 sibi in Agro sua Ecclesiae assignato locaret  
 cum

Subditi

cum facultate locandi in eodem Agro plures subditos, quibus statim liberum usum Sylva nova, alias Zapustow, pro omni opportunitate, et libera ea omnia Pasua, quibus Oppidani Nawarienses praevis quibusvis Dationibus, et laboribus praestari solitis, utuntur, concessit. Ipsi pariter Parocho indulvit liberam incisionem in sylvis suis omnibus, pro Foco, et Reparationibus minoribus, addita conditione: ut si quid insignius edificare voluerit Parochus, de notitia, et consensu Haeredis, incidere ligna, ad edificandum necessaria debet: ubi insuper appositum est, ut si casu aliquo Residentiam Rebanalem, et Ecclesiam comburi contigerit pro tunc Ecclesiam ad pristinum statum reducere, ad Haeredes Honorum, Domum vero Rebanalem cum aliis necessariis aedificiis ad Parochum spectabit, pro qua re aedificatione ligna necessaria Haeredes suppeditare sunt obligati: Sapimenta vero, et Clausuram Cameterii Oppidanei secundum dispartimenta sua, alias pro, utiq; Zielnic swoich providere adscribuntur.


Item Florenos 100 ex tertia parte Cur  
 jus libet

iuslibet dimissionis, Stagni Majoris Lespicio-  
 viensis proveniendos assignat, pro majori  
 provisione Parocho. Liberam quoque discatio-  
 nem cum hamo, alias 2 Wedlia, permittit  
 in Stagno Navariensi propé Edificia Ste-  
 banalia sita. Piscinam itém ad idem Stagnum  
 existentem, dat eidem Parocho. Assignavit  
 quoque Sacrificium post Curiam Villa Glenna  
 incipiende á limitibus Pawczanensibus ad  
 ructuram Aggeris, quam vocant Leszy Staro,  
 Permisit etiám de Domibus Oppidanorum  
 secundum consuetudinem Mensalia. Contu-  
 lit denique Eidem Rebano vaccas quinque,  
 juvencos duos, equum unum, et duo Alvea  
 ria Aprum, cum obligatione ad Successores  
 suos, eadem pecora sine diminutione, imo cum  
 augmento transmittendi. Ad extremum Li-  
 bros Chorales pro Ecclesia usu utiles, imo  
 necessarios, emere appromisit. Quod si hanc  
 suam promissionem solamet ad effectum de-  
 duere non poterit, Successores eius id effectui-  
 are tenebuntur. Non constat tamén utrum  
 re ipsa id effectuatam hucusque sit. Et quia  
 antiquitus ex hoc Oppido et Navarya, Eccle-  
 sia Hodovicensis, tanquam antiquiori pen-  
 duntur quolibet Anno 24. Floreni, quare  
 ut Parochus Navariensis Fundatione sua  
 in omni

in omni pace utatur, eadem Fundatrix, se, et  
 Posteror suos obligavit ejusmodi 24. florenis  
 quolibet Anno prefata Ecclesia Hodovicensis  
 si solvere.

Necessario hic notandum venit Posteritati,  
 quod cum ita Fundatrix circa solutionem im-  
 mediaté dictorum 24 Florenorum disponat,  
 et inferius in melioratione sua istius Dotis, u-  
 bi de iisdem 24 florenis tractat, debent eos-  
 dem solvi Plebano Hodovicensi, ex quadam  
 certa compositione indigebat, ideo non sine fun-  
 damento presumitur, quod de Bonis prefa-  
 tis Mosthi, et Lolanka, Hæc  
 redditarius Decima Manipularis originaliter  
 penderetur Plebano, et Ecclesia Hodovicensi,  
 uti antiquiori Ecclesia, et hanc Plebanum  
 Hodovicensem de consensu Locæ Ordinarii et  
 Capituli de Decima ejusmodi Honorum cepisse  
 in rem presentis Ecclesia Navariensis, ac  
 pro ea Hæredes Navarienses eidem quotan-  
 nis 24 florenos solvere se se obligasse.

Intuitu ejusmodi Fundationis sue obliga-  
 vit dicta Fundatrix Parochum Navariensem  
 pro tempore existentem, ut curaret decorem Do-  
 mus ejusdem Ecclesia, et augmentum pietatis  
 in Parochianis, quolibet Die Dominica, et quo-  
 vis Feste Missam celebraret. Cœnæ nem secundum  
 celebritatem cujuslibet Festi diceret.  
 Cantorem, ad canendum, et inserviendum huic  
 Ecclesia propriis impensis foret, cui Cantori

sequem  


quem eadem Fundatrix in ista sua Fundatio-  
 ne vocavit Klichens, etiam quartam partem  
 Laney, versus Agros Hebanales inter Fundos  
 Civitatenses Domiarki dictos, post terqum Fin-  
 gura Crucis, et hortum circa Gazam in ipso  
 Oppido assignavit. Quolibet Quartauali Missam  
 unam pro Parochianis ex hac lue decem, et  
 aliam Missam qualibet Septimana pro eadem  
 Fundatrice, Marito, Parentibus, et Cognatis ejus  
 absolveret. Ex quo vero crebra protine fuerunt in-  
 siones, in defensionemq; ejusdem Ecclesie pro pro-  
 priis istius Ecclesie pecuniis Tormenta coemerat  
 videlicet Para Dziatek Para Smigownic, Hako-  
 wnica jedna, y para Janiczarek, ideo cavet pia  
 hac Fundatrix, ne ista tormenta, tam per ean-  
 dem, ejusque Successores, et Hebanum alienen-  
 tur. Quod si vero successivè ipsamet, sive ejus  
 Successores Fortalitium in Glinna fundare vo-  
 luisent: Oppidanos Navarienses ad eandem  
 defendendam nullo modo voluit avocari, sed  
 Ecclesiam Navariensem hanc per ipsos de-  
 fendi. Jus vero Patronatus, et presentandi He-  
 bani Navariensis, sibi, et Successoribus suis  
 alias actualibus Haeredibus Oppidi Nava-  
 rya, et Villa Glinna reservavit. et si negligen-  
 tes in presentando extiterint. vel a Fide Catho-  
 lica defecerint, Illustrissimo Archiepiscopo  
 Leopoliensi pro tempore existenti, idem jus  
 competere praestodivit.

Ejusmodi Fundationem in omnibus, et  
 singulis



singulis punctis et clausulis Illustrissimus et  
 Excellentissimus, et Reverendissimus olim  
 Joannes et Theodorus Prachnicki, Archiepiscopus  
 prius Leopoliensis, in Figura fidei in Termino  
 no ex Literis (vide Anno 1630<sup>mo</sup> die 19<sup>ta</sup> Men-  
 sis Aprilis approbavit, et ratificavit. Verum  
 cum Plebanus Navariensis proximi, et successo-  
 re de exigua ejusmodi Dote sua eidem ipsi Ma-  
 gnifica Humnicka Fundatrix quarularetur  
 Ipsa Anno 1641<sup>mo</sup> die 15<sup>ta</sup> Obiit aliis Literis  
 suis Fundationalibus Leopoli conscriptis, et Ter-  
 tia Tertia, ante Testum S. Luca Evangelista,  
 coram Actis Castrensibus Leopoliensibus  
 recognitis, praedictam primam suam Fundatio-  
 nem meliorando eidem Plebano 1<sup>mo</sup> Agrum  
 post Stagnum Navariense existentem in lon-  
 gum, et latum prout pretendebatur usque ad gra-  
 nitias Malitzkowienses. 2<sup>do</sup> Alterum Agrum  
 sub Sylva Faginea magna ad granitiam  
 Hodowecensem po dolinie lezacey, a ad Sala Brez-  
 darshiego saczynayac sic na Gruncie Nawaryj-  
 skim lezace. 3<sup>to</sup> Ad Fanificium in prima Fun-  
 datione expressum, superaddidit Fanificia, post  
 Aggerem Stagni Sylvestris jaentia, cum eodem  
 Stagno Sylvestri, et libertate dictum Stagnum re-  
 parare, et ex eodem fructus percipere. Ut Nec  
 non unum Fundum in Civitate penes Hospi-  
 tale videlicet hortum cum Domo s. sed in hoc lo-  
 co ad praesens via publica est. secundum hortum  
 cum Pomario penes valles Civitatis post Ec-  
 clefiam



16  
siam Ruthenam, sed et hic Fundus non est in  
possessione Ecclesie. 5<sup>te</sup> item ad supra speci-  
ficatas in prima Fundatione 100 Florenos  
ex Stagno Lesniensi assignatos, super ad-  
didit 50 Florenos, ita, ut etiamsi nullus ex  
hoc Stagno heredi proveniret Proventus eor-  
dem ex aliis Proventibus horum Donorum exple-  
veret, tum mediam truncam salis, alias posside-  
re, et ex Taberna in Wolica existente, atque  
duos lapides savi ex eadem Taberna in Woli-  
ca, et Nawarya. Denique liberam Braxatio-  
nem Cerevisie in Braxatoriis istorum Bona-  
rum sine ulla solutione, seu recompensa pro  
labete, et aliis utensilibus propinatoriis pro usu  
duntaxat suo, et previa non nisi solutione Bra-  
xatori. Ad extremum perpetuis temporibus  
custodiam per Oppidanos Navarienses huic  
Ecclesie providendam, et qualibet nocte praeser-  
vam injunxit.

Pro reparatione supra scriptorum tormen-  
torum, et aliorum successively reparatorum, et re-  
gistratorum in Registro Ecclesie pro pulve-  
re, et pro custode tormentorum eorundem ali-  
as cessante hac necessitate, pro alia utilita-  
te Ecclesie Florenos 50 ex dimissione Stagni  
Navariensis assignavit. Nec non spectatis  
laboribus ejusdem Plebani in Cura anima-  
rum, et promovenda laude Divina, sperando  
quoque augmentum numeri fidelium, et propte-  
rea majorem laborem ejusdem Plebani at-  
tendendo


tendendo, ut alacrius huic labori incumbere,  
 eidem Plebano, illiusque Successoribus ex  
 Proventibus Bonorum suorum Florenos 100  
 quotannis, et in perpetuum solvendas donavit  
 Pro hac vero auctione ejusmodi. Debit dictum  
 Plebanum obligavit, quatenus ultra supra  
 scriptas obligationes in priori Fundatione exa-  
 ratas unam missam qualibet septimana per-  
 petuis temporibus pro anima ejusdem Fun-  
 datricis legeret. Præterea eadem Fundatrix ex  
 iisdem Bonis suis Hereditariis Florenos 50  
 pro conservando Saccalaneo, et Organario  
 similiter perpetuis temporibus solvendas elargi-  
 ta est. Futuro Vicario quemodocunque, et per  
 quemcunque fundando, qui protine sperabatur  
 breviter fundandus, quam primum fundatus  
 fuerit. Lignorum vecturas decem, quinque pro  
 Quadragesima, et quinque pro Festo Sancti  
 Martini dare, et ad Residentiam ejusdem a  
 Curia deveci ordinavit, Testamento vero suo sub  
 die Sabbathi post Festum Visitationis Beatif-  
 sima Virginis Mariae Anno 1642<sup>to</sup> condi-  
 to, hortum et agrum, circa cujus possessionem  
 Famulum suum Zebzowski conservaverat huic  
 Ecclesie Slavariensi post Fata ejus, nec non  
 Domum in Ostrog, legavit, sed de hoc Agro  
 et horto, ubi fuerit non constat. Hospitali  
 vero pauperum Florene 20 et hortum pridem  
 conceptum disposuit. Cura vero meliorando  
 Fundationem istius Ecclesie, ibidemque pro  
 Organario

Organario hortum assignando, eundem non  
 distinctavit, ideo hoc Testamento eundem her-  
 tum esse, qui Gliniski dictus fuit, jam utque  
 circa Petrus, ex altera vero parte peres Val-  
 lem Civitatis, cui Ecclesia Navariensi taliter  
 ut promissum vigore primeve Foundationis, et  
 ejusmodi meliorationis, dati, et donati Fundi  
 et Agri successivè fuere avulsi, verum per man-  
 dertum istorum Bonorum Heredem memoran-  
 tum magnificum Rochum Wieniawski Dappi-  
 ferum Terra Premislensis, prius Patrosum et Col-  
 laborem sunt pridem eidem Ecclesie, illiusque  
 Rectoribus restituti. Mensalia tamen assigna-  
 ta per totum Fractum Possessionis moderni  
 Perillustris Reverendissimi Mikulski Archi-  
 diaconi, quæ Canonici Leopoliensis Wieniawski-  
 ni, istiusque Ecclesie Possessoris non fuerunt  
 percepta, attenta paupertate Oppidanorum,  
 nec sperantur aliquando percipi, cum succeden-  
 tibus sibi annis calamitosis major paupertas  
 iisdem Oppidanis succadat. Itaque cum vigore  
 ejusmodi primeve Foundationis Rectoribus  
 Ecclesie, non nisi ex Agris Prædialibus istius  
 Oppidi Decimam Manipularem, nec non ex  
 Villa Glinna, aliam Decimam post Agros  
 Curia, et post Agros desertatos suam, et quando  
 Curia eisdem inseminat, tum tertiam Decu-  
 mam, ex Villis Mossli, et Polanski infra  
 quorundam

quoad qualitatem, et quantitatem specificatas  
 satis exiguas percipiat, nec prefata Fundatrix  
 Apparatus Ecclesiastico mundo, luminibus ab,  
 isque necessitatibus providerit, et nihilominus  
 obligationes satis onerosas imposuerit. Proinde  
 Serillustri Reverendissimo Mikulski Archi-  
 diaconus, quae Canonicus Wierniausianus, pro  
 reductione Missarum in Fundatione primeva  
 appositarum instat. respective cum ultra curam  
 Animarum in hoc Oppido Nawarya, et in  
 Villis Glinna, Lesniowice Mostki, et Podoszlu  
 utraque Missas Conventuales Diebus Domini-  
 nicis et Festis, teneatur, ad quatuor Missas  
 de requiem quolibet. Quartuali, nec non ad  
 alias binas Missas lectas qualibet hebdoma-  
 da, et praeterea Organarium solariare, Appar-  
 ratum Ecclesiae conservare, mundum curare,  
 lumina suppeditare, sarta et tecta, tam ipsi-  
 us Ecclesiae, quam et Edificiorum ibidem con-  
 servare necesse habeat, et his omnibus grava-  
 tum se esse sentiat.

Hic Reductionem  
 Sacrificiorum ex-  
 petit.

Post talem primevam, et melioratam ipsi-  
 us Ecclesiae adorationem, successive Magni-  
 ficus Stanislaus Bonifacius Mniszek  
 de Magna Konezyca Terrarum Ruffiae Ge-  
 neralis Leopoliensis Capitaneus, conside-  
 rans subditos et incolas Villa Porsna, ad  
 eundem Capitaneatum Leopoliensem pertine-  
 ntes, in subministratione sacramento-  
 rum vicinorem non habuisse Ecclesiam, sen-

him  


solum Navariensem, et nisi ejus beneficio, alii-  
 que omnibus salutaribus alimentis forentur,  
 eosdem ob distantiam aliarum Ecclesiarum Janis  
 et cura animarum suarum facile destitutos esse,  
 eorum salute animarum consulere volens, huic Ec-  
 desia Navariensi ejusque Parocho Decimam  
 pecuniariam, ex eadem Villa Dorszna per Ho-  
 renos 30 Polonicales, pro quolibet Festo Sancto-  
 rum Trium Regum perpetuis temporibus solven-  
 dam, sub beneplacito Regis Literis suis Leopoldi,  
 die 11<sup>ma</sup> Maji 1638<sup>ma</sup> datis assignavit. Et  
 Serenissimus olim Vladislaus IV Rex Poloniae,  
 nec non Suecorum, Polonorum, Vandalorumque  
 Hereditarius Rex, ejusmodi Decima Donatio-  
 nem Privilegio suo ad usq<sup>m</sup> in suo Originali in  
 Pergameno, cum sigillo Pensili Varavia die  
 20 Mensis Junij Anno eodem 1638<sup>ma</sup> Regno-  
 rum vero ejus Polonia III et Suecia VIII concep-  
 so, Actis Terrestribus Leopoliensibus, Feria sexta  
 post Festum Nativitatis S. Joannis Baptiste  
 Anno 1639<sup>ma</sup> jam vero Actis Consistorii Leopo-  
 liensis, Die 25<sup>ta</sup> Januarij 1664<sup>ta</sup> oblato, et in-  
 grossato, approbavit, et confirmavit. Porro cum  
 subditi, et prole villa Nagorzany, ad eundem  
 Capitaneatum Leopoliensem spectantis, certo ca-  
 verent Pastore, et huic Ecclesie Navariensi  
 fuerint vicinissimi, idem Magnus olim Cha-  
 nislans Bonifacius Mnisek Capitaneus  
 Leopoliensis, Curatis istius Ecclesie Navariensis

pro Cura

pro cura Animarum dictis subditis exhiben-  
 da, Lanicum prati integrum Mensura Franko-  
 nica, per Geometram juratum, emensuratum,  
 qui protine circum circa his dislimitatus fuit si-  
 gnis, ac limitibus, videlicet ex tribus partibus he-  
 reditati, et Fundo Villa Malechowice Jri pro-  
 sume Alexandri Dzieduszycki Haereditate adja-  
 cene granitiibus, ac scopulis distinctus, ac se-  
 paratus, ex quarta autem parte per verticem  
 Montis, et prati ejusdem, incipientis ab Aggre-  
 re dicto Kozczyniska grobla, divinus, septem  
 scopulis de terra erectis per cacumen ejusdem  
 Montis, et prati, recto tramite sipatis in medio  
 quarum septem uni immediate adjacentes pen-  
 nes stratam publicam, in perpetuam rei memo-  
 riam, infixum est solo. Passio lignea Salvatoris  
 Nostri pariter sub beneplacito Regio Literis  
 suis, in Castro inferiori Leopoliensi, die 20<sup>ma</sup>  
 Mensis Novembris Anno 1641<sup>mo</sup> confectus,  
 dedit, et donavit. Quam ejusmodi ipsius  
 Donationem sem Serenissimus olim Ula-  
 dislaus IV Rex Polonia simili Privilegio suo  
 quod ad nunc in suo Originali, in Pergame-  
 no cum sigillo pendente conservatur. Varsa-  
 via die 22<sup>da</sup> Mensis Junij Anno 1642<sup>do</sup>  
 Regnorum ejus Poloniae M. Jecia II dato  
 Actis Consistorii Leopoliensis 25<sup>te</sup> Januarij  
 1664<sup>te</sup> oblato approbavit, et confirmavit.

Tandem

Tandem acceperunt varia Summae huius Ecclesiae inscriptae, et quidem 1<sup>ma</sup> Summa 1000 Florenorum Polonicorum per quendam Joannem Kremptki in servitute Tartarica existentem.

Hac Summa assumpta per Magnificum olim Franciscum Korytko Capitaneum Wajvolskiensem, et in Bonis Tuligodwy proterius epis hereditariis, coram Aetis Castrensibus Leopoliensibus Feria secunda post Dominicam Misericordiae 1667<sup>mo</sup> inscripta fuit, sed ad praesens haeret super Bonis Włodziszca, et ab eadem census retentus, ab Annis circiter viginti rursus dicitur.

2<sup>da</sup> Alia Summa 1000 Florenorum per Nobilem Catharinam Sulcowa Nobilis Laurentii Schultz Scabini Leopoliensis Consortem derelictam Viduam, in suffragium animae suae data, et per Magnificum olim Bernardum Hieronymum Wieniawski assumpta, et super omnibus Bonis suis, coram Aetis Castrensibus Leopoliensibus Feria 3<sup>ta</sup> post Festum s. P. Tricum Regum Anno 1701<sup>mo</sup> inscripta.

3<sup>ta</sup> Alia Summa 1000 Florenorum per Magnificam Annam Wieniawska, Magnifici olim Nicolai Wieniawski Consortem inscripta, sed de inscriptione non constitit: tamen cum Magnificus Nicolaus Wieniawski post praefatum Messum Bernardum Wieniawski extitisset Haeres Bonorum et Nawarya Do-

sturnyty

strumity &c disposuit. ut ex Propinatione Sa-  
 variensi pendatur quotannis Floreni 200.  
 Centum quidem floreni ex. in primeva Fun-  
 dationis, et alii centum decem forsan in satis-  
 factionem Inscriptionibus Bernardi Wieniaw-  
 ski et Anna Wieniawska, favore istius Eccl-  
 siae factis; verum, si ita est a parte rei, evi-  
 dentes apparet Ecclesiam hanc pati decusum  
 in quota 30 florenorum Polonicorum, cum a  
 civitate immediate binis summis censibus debetur  
 in quota 140 florenorum, et exsolvitur  
 solum in quota 110. Interca Ecclesia vide-  
 tur pati decusum in florenis 30.

4<sup>ta</sup> Alia Summa 1000 Florenorum per  
 Magnificam olim Sophiam de Urbanislie,  
 Magnifici olim Morawjce, Vice Capitanei  
 Leopoliensis Consortem Bonorum Villa Al-  
 sthi Harcedisam, in scripta, sed de Inscriptio-  
 ne non constat. duntaxat in Libro Metricis  
 Baptisatorum in Anno 1639<sup>to</sup> est qua-  
 dam mentio, quod hoc Anno Censu ab i-  
 sta Summa solveretur. Qui census, in  
 Quota Florenorum 70. et ad presens ex  
 iisdem Bonis Mentis punctualiter sol-  
 vitur, et eundem Commendarius, et Vicari-  
 us percipiunt. ac alternatim unam Miss-  
 sam, qualibet hebdomada pro anima So-  
 phia absolvent.

5<sup>ta</sup> Centum Floreni capitales herent Leopoli  
 super



super Lapidea Selontowska, ad presens hæc  
 relictaria, Penillustri Reverendissimi Mikul-  
 ski Archidiaconi Leopoliensis, cui ex dispo-  
 ne sortium ejusdem Lapidea de hoc Capita-  
 li constitit, sed Inscriptio illius ignoratur.  
 Et Alia Summa 12000 Florenorum So-  
 lonicalium per pralaudatum Magnificum  
 Rochum Wieniawski protunc Vexilliferi-  
 dam, Premisiensem, Regimini Equestris  
 Cava Majoris, Regni Capitaneum, super  
 Bonis istius Oppidi Nauaraya, ex Censu  
 receptionali, coram Actis Castrensibus  
 Leopoliensibus, Feria secunda, post Festum  
 Sancti Andreae Apostoli, Anno 1718<sup>to</sup>  
 inscripta, super qua Summa, illiusque  
 Censu erectus est Commendarius perpetu-  
 us, circa hanc Ecclesiam, cui ex censu  
 ab eadem Summa proveniente 500 Floreni  
 cum obligatione binarum Missarum, qualis-  
 bet hebdomada unius pro anima Martini,  
 et alterius pro anima Barbara Laren-  
 tum inscribentis, legendarum, assignati,  
 et alii ducenti, cum pari obligatione duarum  
 Missarum, unius pro anima Elisabetha  
 Fundatrix primeve, et alterius pro ani-  
 ma Anna Sororis germane, ejus-  
 dem Magnifici inscribentis. Alteri  
 Presbytero Vicario, cui etiam de proprio  
 alios ducentos

alios ducentos

alias ducentos Florenos Polonicales Perillu-  
 stris Reverendissimus Mikulski, quia Cano-  
 nicus Winiawscianus solvit, dispositi, aliove-  
 ro Floreni centum, Organario, item Floreni  
 20 de eodem Censu Hospitali Pauperum, et  
 reliqui Floreni 20 Sacristia pro lumine ordi-  
 nati.

7<sup>me</sup> Alia Summa 10000 Florenos Poloni-  
 cales per Perillustrem Reverendissimum olim  
 Franciscum Winiawski, Decanum Cathedra-  
 lem Leopoldiensem Testamento eius idque  
 7000 pro fundando Presbytero, et 3000 pro  
 Hospitali Pauperum legata, et per eundem  
 Magnum Rochum Winiawski super Bonis  
 istis Oppidi Nawarya inscripta est, sed  
 census ab eadem non penditur. Missa tamen  
 in Testamento assignata, absolvuntur. Ho-  
 spitali elemosyna granaria penditur, sed Sa-  
 ctio Presbyteri non curatur, ex causa, quia  
 Summam idem Magnus inscribens, nondum  
 a Debitoribus Testatoris rehabuit, et gravis  
 illius est vindicatio, facit tamen spes, Pie-  
 tas ejusdem Magni inscribens, quia <sup>suam</sup> ultima  
 voluntatem Patris sui dabit executioni.

8<sup>ve</sup> Alia Summa 4000 Florenorum Poloni-  
 cium per Generosam Barbaram Woty-  
 ska, olim Generosi Simonis Wotyński Con-  
 sortem derelictam Viduam, coram Actis Castren-  
 sibus

sibus Leopoliensibus Sabbatho post Festum S. Egidii Abbatis 1768 cum obligatione decantandi Cursus de Beata Feriali Quartis, et Sabbathi, tum cantande Missa, quolibet medio Anno, pro anima Barbara, et alio medio Anno pro anima Simonis inscripta super Bonis Villa Destumyly per eundem Magum Rochum Wicnerum hui coram iisdem Actis Castrensibus Leopoliensibus Feria Sexta, pridie Festi Conversionis S. Pauli Apostoli videlicet die 24<sup>ta</sup> Mensis Januarii assecurata, a qua Summa Census Commendarius, et Vicarius in Quota 200 Florenorum percipiunt. et iuxta Ordinationem Serillustri Reverendissimi Mikulski Archidiaconi inter se distribuunt. alias pro quinquaginta et una Votivis Missis, pro unaquaque Florenum unum, et medium, numerando Florenos 76 et Grosos 15 pro Cursu seu Officio de Beata unusquisque percipit Florenos 60. Organarius pro decantatione ejusdem Officii et Missarum Votivarum annuatim Florenos 30. Sacellanus, sive Sacristianus Florenos 10. acista pro Hostiis Florenos 2. pro Vino Florenos 10. et pro Cera Flor. 40. Seniculo inservienti Sacristiae, et Celsie Florenum et Grosos 15. Quam Ordinationem

tionem

tionem suam, idem Serillustri Reveren-  
dissimus Mikulski Archidiaconus Noster  
Cathedralis Leopoliensis, quā Canonius  
Wieniawscianus, et simul Praepositus hu-  
jus Ecclesiae, ad approbationem, vel reproba-  
tionem Locī Ordinarii durare voluit.

Hoc Crux modernis  
temporibus petitur  
reprobati.

In<sup>no</sup> Alia, et ultima Summa 1000 Floren-  
rum Idonicalium per Generosam Marian-  
nam Katorwska Testamento, Anno 1767<sup>mo</sup>  
die 17<sup>ma</sup>bris condito, Actis Castrensibus  
Leopoliensibus Feria sexta post Festum Ge-  
mnium Sanctorum, Anno eodem Oblato Con-  
fraternitati Sacri Rosarii in hac Ecclesia  
faci si per Mgcam olim Annam Wieniaw-  
ska, quod nullo modo est verum fundata,  
nam tantum Rosarium ex pietate canitur  
Legata, apud Mgcam Rochum Wieniawski  
hærens, nondum ex Censu receptionali in-  
scripta, idem tamen Censu per septem a-  
cento ab eadem penditur. et juxta Ordina-  
tionem prefati Serillustri Reverendissi-  
mi Mikulski obligatur Commendarius quo-  
libet Quarta binae Missas pro Ani-  
ma Marianna Legatrici absolvere, et pro  
qualibet missa unum florenum percipere,  
et reliquium Censu cum scitu ejusdem Com-  
mendarii Confraternitas nondum erecta  
pro Crux, pro qua nulla ei est Fundatio  
habet potestatem percipere, si ita nithi  
lominus

lominis Nobis, quâ Locî Ordinario placuerit.

Spem fecit in presenti Visitatione Con-  
lustris Reverendissimus Mikulski, quâ  
Stagnum seu Pisunam, post Ecclesiam et  
Residentiam Hebanalem, per cuius Agge-  
rem iter Leopolim sitam, Haeres horum Po-  
norum piè intendit huic Ecclesiae donare.

Ultra verò pramissas Foundationes, et In-  
scriptiones nullos alios Proventus huic Ec-  
clesiae esse, relatum est Nobis.

Confraternitas in hac Ecclesia  
Navariensi extat sub Titulo Sanctissimi  
Rosarii Beatissima Virginis Mariae, à  
Confraternitate Rosariana Ordinis Prae-  
dicatorum concepta, Privilegium tamen  
huiusmodi Originale non extat, solummo-  
do producta Nobis est Admissio, et Appro-  
batio in seorsivo Privilegio Authentico epi-  
dem Privilegii per Illustrissimum dñm  
Constantinum Zielinski Archiepiscopum  
Metropolitanum Leopoliensem Praedepo-  
rem Nostrum, sub die 5<sup>ta</sup> mensis Junij an-  
nō Domini 1704<sup>te</sup> facta. qua indigita-  
tur preventatum fuisse coram Eodem Prae-  
decesere Nostrō Archiepiscopo idem Privi-  
legium sanum, salvum, et illatum. Quod-  
que pro exponendo Sanctissimo Eucha-  
ristia Sacramento facultas impertita  
fuerit

fuerit, dum et quando exigentia temporis *Indulta est Expositio*  
 alias Festa Mysteriosa prefate Confrater- *Sacrosanctissimi*  
 nitatis, ex postulaverint. Hae Confrater-  
 nitas nullam Dotem habet. Et si enim le-  
 gi posset, quod Magnifica Anna Wieni-  
 ska legaverit, sive inscripserit, unum mil-  
 le Florenorum Polonicarum ad predictam  
 Confraternitatem, de hac tamen Inscr-  
 iptione non constat. Refertur non nisi,  
 quod dicta Summa unius mille florena-  
 rum Polonicarum, in quadam Lapidea la-  
 pidi locata deperierit, sed et de hoc, nullum  
 evidens existat vestigium. Habet nihilominus  
 reliquum censum a Summa ut  
 supra Legationis Generosa Katowska,  
 pro Cena ad Altare Beatissima. Legi-  
 tur etiam in eodem Admissionis Privile-  
 gio data fuisse licentia omnimoda Dev-  
 tionis, iuxta Leges, et Privilegia, a sum-  
 mis Pontificibus Sacro Rosario concessa,  
 in prefata Ecclesia Navariensi celebra-  
 da. Unde eruitur, quod hae Confraterni-  
 tas habeat sibi communicata omnia Pri-  
 vilegia, et Indulgentias, qua, et qualis ceteri  
 Confraternitati Rosariana Ordinis  
 Predicatorum concessa sunt.

Libri Metricae Ecclesiae Parochia-  
 lis Navariensis Baptisatorum.  
 Anno Ab Anno 1624<sup>to</sup> hinc ad Annum  
 1746<sup>um</sup>

1746<sup>um</sup> diem 17<sup>um</sup> Julij.

In quo Libro continentur etiam Metrica,  
et quidem Copulatorum ab Anno 1624<sup>te</sup>  
ad Annum 1749<sup>um</sup> diem 16<sup>um</sup> Februa-  
rij. Altera vero Mortuorum ab Anno 1624<sup>te</sup>  
ad Annum 1748<sup>um</sup> diem 19<sup>um</sup> Augusti.  
Ultima Sepultura in hoc Libro legitur Ma-  
gnifica Anna de Wieniawskie Ulińska  
Capitanea Charsawiensis, cujus inter esimi-  
as animi et corporis dotes, hac fuit non po-  
strema, quod fuerit variarum linguarum  
perita, et artem Philosophia optime scive-  
rit, ita ut publicam Disputationem Leo-  
poldi resolvendo egregie proposita sibi ar-  
gumenta absolverit.

2<sup>do</sup> Ab Anno 1747<sup>mo</sup> die 2<sup>va</sup> Octobris  
Notaandum enim, quod per unum ultra  
Annum ob negligentiam Parochorum Me-  
trica Baptisatorum non connotabatur.  
Ad Annum presentem 1774<sup>um</sup> diem  
2<sup>um</sup> Mensis Currentis Julii

### Copulatorum

Præter superius expressam Metricam Copu-  
latorum antiquiorem, in uno Libro con-  
tentam producit alia ab Anno 1730<sup>um</sup>  
ad Annum presentem 1774<sup>um</sup> diem  
13<sup>um</sup> Mensis Februarij  
Sepultorum

Ab Anno 1754<sup>te</sup> ad Annum presentem

1774<sup>um</sup>

1774<sup>to</sup> diem 25<sup>to</sup> Mensis Junij.

Liber Status Animarum ab anno  
1763<sup>to</sup> inchoatus, ad annum presentem  
inclusivè continuatus

### Decretum

Librum huc Status Animarum sub  
tempus Visitationis presentis Nostrae Je-  
neralis, et Personalis productum, lectum,  
et revisum, manu propria subscripsimus,  
et injunximus R. Commendario in  
futurum juxta formam infra positam  
statim ejusmodi Animarum conscribi cu-  
ret

### Liber Bannorum

Ab Anno 1766<sup>to</sup> ad annum presen-  
tem, diem 26<sup>to</sup> Junij

Modernus Commendarius Ecclesia  
hujus Navariensis Admodum Pater  
Antonius Bosniacki, ad primam Ton-  
suram, et Quatuor Minores Ordines  
ipsa Dominica 23<sup>ta</sup> post Pentecosten  
die videlicet 22<sup>da</sup> Mensis Octobris An-  
no 1769<sup>to</sup> post inscriptam vero sibi  
Provisionem, ad Vicariatum hujus Eccle-  
siae Navariensis, per Serillustrem, et Re-  
verendissimum Stephanum Mikulski  
Archidiaconum Ecclesiae Nostrae Metro-  
politanae, quae Canoniam Gremialem Juv-  
dem



dem Ecclesia Fundationis Wieniawiana,  
 na, cui hac Ecclesia incorporata est, co-  
 ram Officio Consistorii Nostri Generalis  
 Leopoliensis sub die.

ad sacrum Ordinem Subdiaconatus  
 ipso Festo Ascensionis in Calum Christi  
 Domini, die videlicet 24<sup>ta</sup> Mensis Maij,  
 tum ad sacrum Ordinem Diaconatus  
 Sabbatho Quatuor Temporum ante Festum  
 Sanctissima Trinitatis, die videlicet  
 9<sup>na</sup> Mensis Junij Anno 1770<sup>mo</sup> per  
 Illustrissimum, et Reverendissimum Sama-  
 elum Głowiński Episcopum Hebronensem,  
 et Suffraganeum Nostrum Leopoliensem,  
 denique ad sacrum Ordinem Presbyterat-  
 us Dominica Octava post Pentecosten,  
 qua fuit dies 29<sup>na</sup> Mensis Julij Anno  
 eodem 1770<sup>mo</sup> per Illustrissimum, et  
 Reverendissimum Stanislaum Karimun-  
 dum Jezierski Episcopum Racoviensem,  
 vigore Facultatum Eidem a Nobis con-  
 cessarum, promotus, ac ad excipiendas  
 Christi Fidelium Confessiones, visio Testi-  
 monio Recollectionum, ac Examinis ad  
 Deusum unius Anni, die 24<sup>ta</sup> Mensis  
 Septembris 1773<sup>to</sup> Anno approbatus.  
 Produxit Libros Metricos, et quidem 12<sup>os</sup>  
 Baptisatorum, ab Anno 1624<sup>te</sup> ad An-  
 num

num 1746<sup>to</sup> diem 17<sup>ma</sup> Julii. In quo Libro continentur etiã Metrica Copulatorum, ab Anno 1624<sup>te</sup> ad Annum 1749. diem 10. Februarij, et Sepultorum ab Anno 1622<sup>de</sup> ad Annum 1748<sup>vum</sup> diem 19<sup>am</sup> Augusti. Item Librum Baptisatorum, ab Anno 1747<sup>mo</sup> die 8<sup>va</sup> Octobris, ad Annum presentem 1774<sup>tum</sup> diem 8<sup>am</sup> Mensis Julij.

2<sup>do</sup> Præter superius expressam Metricam Copulatorum antiquiorem, in Libro superius expresso contentam, produxit aliam ab Anno 1730<sup>mo</sup> ad Annum presentem 1774<sup>tum</sup> diem 13<sup>tum</sup> Mensis Februarij.

3<sup>to</sup> Sepultorum, ab Anno 1744<sup>te</sup> ad Annum presentem 1774<sup>tum</sup> diem 28<sup>am</sup> Mensis Junij, sat diligenter scriptos Statum item animarum ab Anno 1703. ad Annum presentem inclusive continuentium. nec non Librum Pannorum ab Anno 1766<sup>te</sup> ad diem 26<sup>tum</sup> Mensis Junij Anni presentis.

Produxit item Synodum Diocesana Epistolam Pastoralem, et Libros Meditationum partem Veneralem, et Præced. Opisanie Kosciota w Nawaryi podczas Wizyty Generalney 10<sup>ma</sup> Julii 1774<sup>te</sup> Anno.

Kosciot ten

Kościół ten cały murowany z cegły na Fundamentach kamiennych, ab extra tymbo-  
 wany, pobielony, z kaplicami, z oboch stron  
 razem z kościołem murowanemi, Gzym  
 sami kamiennemi, kold Dachu y kold Okien  
 uszysztlich, w których, na dole są wyprawio-  
 ne kraty zelazne, ozdobiony. Dach na  
 kościele nowy, y cały, nad kaplicami da-  
 wniejszy, ale dobry, na środku Dachu  
 kościelnego kopuła, z sygnaturką bła-  
 ha, cała pobita czerwono malowana, na  
 ktorej krzyż z gatcha, mata wystacany.  
 W Tytle kościoła Obraz S. Walentego  
 w Framudze pod Oknem malowany, wy-  
 zey zaś Mur, in formam Fayaty Gzym-  
 sami kamiennemi, y sztukami permo-  
 dum Gżew, ktore są biała biata, czerw-  
 wono malowana, pokryte, krzyżem na  
 wierzchu postacany m adornowany, y  
 Wazonami dwoma z kamienia wyra-  
 bianemi. Fayata tego kościoła, cztere-  
 ma kolumnami, pomiędzy ktore w Fra-  
 mugach kusiaty alfresco na murze ma-  
 lowane, w gorze wyzey Obraz Assum-  
 ptionis Beatissime Virginis Marie  
 pro bokach Gżami kamiennemi, biała,  
 biata, czerwono malowana, pokryta, na wierz-  
 chu których, Wazonow sześć kamiennich  
 z krzyżem zelaznym wystacany. <sup>Dziwno</sup>  
 do kościoła

Drzwota od Facyaty podwójne dębowe,  
 zelazem w kratę gładkie, czerwono malowa-  
 ne, z Lamkiem, y skoblem do zamykania.  
 Nad Drzwiami Chór murywany, na Fi-  
 larach dwóch, na litym Pozytew, o gład-  
 szych Dzierżewiu, Snycerskiej roboty, niebie-  
 szko malowany, miejscami złocony. Koscioł  
 ten abintu sklepiony, tynkowany, Obra-  
 zami in prima Nawi malowanemi, y gipsu  
 sammi z gipsu robionemi ozdobiony. In  
 Presbyterio zas cały malowany, Powadka  
 na Kosiele, et in Presbyterio, z Marmuru  
 białego, y czerwonego w kwadrat układana,  
 w Kaplicach zas, y pod ławkami miejscami  
 ceglana. Bluen w całym Kosiele wię-  
 kszych in N<sup>20</sup> i 7 kłta cwiartkowego  
 w dół oprawnych, o kwaterach dwóch  
 po Kaplicach, pod Sklepieniem o kwaterach  
 czterech, in Presbyterio, o kwaterach trzech,  
 mniejsze jedno za Wielkim Ołtarzem, szty-  
 gte, sztyta drobnego, także w dół oprawne,  
 farbami jasnymi malowane. A Cornu  
 Epistolae przy Wielkim Ołtarzu Łahoy,  
 sztya, do której Drzwi dębowe seledynowo  
 malowane, na hakach, y zawiasach z  
 Lamkiem, y kluczem do zamykania, ho-  
 do których Tabalatury drewniane, także  
 seledynowo malowane, brzegami złocone  
 Ja Łahrystya sklepiona, w niej Łopadka  
 ceglana

cegłana Mensa wielka, do ubierania się  
na Msza, orzechowo malowana, z wierz-  
chu Cerata, orzechowa, poliryta o szafła-  
dach szesnaste, z których mniejszych osm,  
większych osiem, z klamerkami slusarskiej  
roboty. Na tej Mensie Szafa z Drzewiska-  
mi dwoma, orzechowo malowana z Zam-  
kami, y hucsem do zamykania. Lawatery  
Cynowy, in formam Mima Morskiego z  
osobka, na wierzchu Immaculata Concep-  
tis, z miednicą cynowa, na Postumencie or-  
zechowa malowanym. W tej Zabrystyji  
Okno jedno z tafel ciwarthowych w od-  
prawne, przez pod stwierajace się z kra-  
ta, zelazna. Pod Oknem Drzwi debowe  
zelazem w kratę, skute, z shoblem, y  
blodha do zamykania, z których wyisic  
na (mentar). A Cornu Evangelii ex-  
posito Zabrystyji Skarbice sklepiony z  
Podloga, ceglana. Okno jedno z kratą,  
zelazna, maiazy, tabie, iak w Zabrystyji  
z Drzwiami blachą zelazna skutem, z  
Zamkiem, y hucsem.

Altary w całym Kosciele in No 5.  
Pierwszy Wielki Altar, w którym Figu-  
ra Crucifixi Christi Domini, z Mensa  
murowana, do ktorej sa Gradusy kamien-  
